MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS III)
Klosterneuburg, Anfang 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

alloqui populum hoc modo cepit
Patienter fratres ma-
los ferre debetis. scientes
quia deus cum possit eos
excidere. patitur tamen
durare usque ad prestitutam
diem. in qua de omnibus
iudicium fiet. Quomodo
ergo nos non patiemur.
quos patitur deus?
Vos autem qui ad
dominum convertimini
per patientiam ei curva-
te genua. Hec cum di-
xisset. omnis multitudo
genua deo flexit. Et pe-
trus respiciens ad celum
cum lacrimis orabat pro
eis, ut deus pro sua bo-
nitate suscipere eos dig-
naretur confugientes
ad se. Et postquam ora-
vit. precepit ut in die
postera maturius conve-
nirent. et missam fecit.
Tum deinde secundum con-
suetudinem quievit.
Sane autem facto; ve-
niens quidam ex discipulis
Symonis clamavit dicens
Obsecro te petre. suscipe
me sum. et a mago symone
deceptum. cui ego velut ce-
lesti deo intendebam pro eo
quod ab eo fieri mirabilia
fieri videbam. auditis ta-
men sermonibus tuis cepit
iam homo mihi videri et
quidem malus. Veruntamen
cum hinc exisset. ego
eum subsecutus sum solus.
non dum enim adliqui-
dum impietates eius agno-
veram. Cum autem vidis-
set me subsequentem verbum
me dicens perduxit me in
domum suam. Circa me-
dium vero noctis ait ad me.
omnibus hominibus faciam
te meliorem. si volueris
usque ad finem perseverare
mecum. Cui cum promisis-
sem. exegit a me sacra-
mentum perseverantie. Eoque
accepto imposuit super
humeros meos polluta